Sigismundus Augustus dei gratia Rex Poloniae magnus dux Lithuaniae Russiae Prussiae Masoviae Samogitiae etc. dominus et heres

Cum Georgio Fredro fideli nobis dilecto gratiam nostram Regiam Cum Fr. nobis dilecte expositum est nobis nomine venerabilis Antonii Radlowski Premisliensis et Samberiensis Voladicae Fratrum non parvisse litteris universalibus mandatorum nostrorum, quibus anno superiori toti nobilitati atque adeo omnibus ministrorum status et condicionis in terris nostris Russiae existentibus mandaveramus ut ne perturbarent novos et ab orthodoxa catholicaque religione alienis dogmatibus subditos nostros Graecae seu Ruthenicae religionis utque templa eiusdem religionis Fratribus dicionis quae etiam christianae catholicae religionis profitetur desertata redditis sibi proventibus ac legitimis ecclesiae ministris seu sacerdotibus poponibusve inde expulsis restaurarent quando quidem nostra interest sartam tectamque catholicam religionem in regno nostro conservare jus etiam tutelae ac patronatus nostri Regii quod ex lege nobis in personas, bonaque ecclesiastica competit nos cogat eius rei defensionem accipere volentes itaque huic muneri nostro Regio satisfacere iterum atque iterum Fratribus mandamus serio omnino habere volentes ut quandoquidem in hisce ecclesiis Fratribus nihil praeter ius patronatus collationis concessum est cetera omnibus superioritate ac iure nostro Regio relictis deinceps a sereno hisce dogmatibus perversis et catholicae veritati contrariis abstineat legitimos et ab ordinario Voladicae approbatos ministros eiusdem ecclesiae Graecae seu Ruthenicae religionis inde expulsos restituat cumque ecclesiis debita ornamenta tum eorum ministris poponibus praeceptos proventus et fructus eiusdem ex antiquo concernentes reddat atque tradat impromptusque ad ipsum Voladicae Premisliensem spectantes utque catholicae cultus divinus libere a christianis hominibus celebretur in eiusdem ecclesiis ne praepediat pro gratia et gratiam indignatione animadversionesque nostra alias non facturus alioqui eum nos cogemur muneris nostri Regii rationem habere cumque cultum divinum tum etiam superioritatem ac ius nostrum tutelae praedictae audacia et praesumptione temeritateque Fratrum violatum tueri hancque temeritatem et praesumptionem ipsius legitime praemissis legitimis persequi ac perstringere

24/VIII. datum Lublini XXIIII die Augusti anno domini M.D.LXVI Regni nostri XXXVI ad mandatum sacrae Regiae Maiestatis

Vulnera Rzepeczky contra Bilsky

Nobilis Stanislaus Rzepeczki de terra Siradiensi et districtu Piotrkoviensi Serenitatis Cuiusdam Stanislai Swyentopelki coram officio et actis praesentibus castrensibus Premisliensibus ostendit et manifestavit ac testatum fecit vulnus cruentum in occipite capitis quod vulnus asserebat sibi fore inflictum per Sebastianum Bilski in domo et in atrio famati Jacobi Twargoczky protunc proconsulis civitatis Premisliensis dum insultus scitarum de quorum incursu in terram Premisliensem fama in tota civitate Premisliensi spargebatur quod vulnus officium vidit et suscepit

Vulnera Podhorodeczky contra Dobrostanski

Nobilis Jurko Podhorodeczky Serenitatis nobilis Sebastiani Bylski famuli magnae annae de Stoiangye castellanae Sendrensis obduxit et manifestavit officio castrensi capitis Premisliensis vulnus unum cruentum cum tumefactione cutis in capite supra aurem sinistram ita

vulnus unum cruentum inter medium et indicem manus sinistra quae vulnera aiebat et protestabatur sibi esse feria quarta proxime praeterita per Severinum Dobrostanski cum eius complice quoddam Stanislao Rzepeczki tunc temporis dum et quando idem Sebastianus Bilski dominus suus unam Cuiusdam Stanislao Slywoyczki Gladifero terrae Premisliensis et aliis multis nobilibus hora fere secunda noctis ad famatum Jacobum Twargoczki protunc praesidem officii consulis civitatis Premisliensis ad dandum invamen contra insultus scitarum de quorum incursu in terram Premisliensem fama in tota civitate Premisliensi spargebatur venerat iterum versus hospitium suum ab eodem proconsule redeundo praefatus Dobrostanski cum eodem Rzepeczky in atrio eiusdem domus proconsulis praefato domino eius Sebastiano Bielsky obsidentem emittere praetolabant ac in ipsum primum verbis inhonestis verberant ac demum et vulneribus letalibus afferunt violenter illatis quae vulnera praefata officium vidit et conspexit vulnera vero praefati domini sui ob languedinem corporis sui officio praesenti demonstrare non potuit verum eadem in recenti nihilominus certo terrestri protestata fuit

Relatio actis ex parte adventi et scabinorum Premisliensium de data introitione in domos in platea Leopoliensi sitis

Coram officio et actis praesentibus castrensibus Premisliensibus personaliter constitutus providus Mathias Pizlapka nobilis terrestris Premisliensis habens circa se nobilem Joannem Zagwylykowski in unum relationis suae palam recognovit quia sabbato post festum Sancti Nicolai proxime praeterito anno proxime elapso est sibi solenniter protestatum et obductum ex parte advocati et scabinorum civitatis Premisliensis quia illi satisfacientes mandato sacrae Regiae Maiestatis tamquam humilimi subditi domini et domini clementissimi nemini decretis huius eiusdem sacrae Regiae Maiestatis ad officium eorum per Antonium mercatorem de Slo in Crodek oblatis et reproductis dabant in effectum dederunt introitum cum reali possessione in domos et areas in platea Leopoliensi sitas altera Joannis Kuzinyy et Annae coniugum altera olim Hryczko Jurowsky successorum quae introitum per Cuiusdam Stanislaum Chwalibog vicecapitaneum Premisliensem nomine illustris et magnifici domini Spithek Jordan de Zaliczyn et in Melsthin horodis castellani Cracoviensis Premisliensis camonacensisque etc. capitis est impedita nec admissa ad quam introitum dandam et exequutionem finalem faciendam ante atria praefatorum domorum praefati advocatus et scabini venerant sed ingredi eiusdem non est permissum per praefatum Cuiusdam Stanislaum Chwalibog vicecapitaneum Premisliensem nomine praefati magnifici domini castellani Cracoviensis quae ita et non aliter fieri ipse nobilis recognovit et nobilis praefatus relationem ipsius nobilis attestatus est

Positiones ex parte Janczewsky contra Derszmak

Actum in castro Premisliensi feria sexta post festum Circumcisionis Christi domini proxima anno domini 156 septimo

Ad acta praesentia status personaliter providus Wassyl municipatus Holowyenka de Gernawa nobilis terrestris Premisliensis decimus